



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1903.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll O1 [This Roll was previously named Z.] Note : Any Court Rolls between 1689 and 1693 are no longer extant.]

Roll O1 [previously Z] (recto)

Part 1

[Thursday] 4 May 1693

Z

Manerium
de Dulwich
Comitatu Surrey
1693

Visus Franciplegij cum Curia Baronum *ibidem* tenta
quarto die Maij Anno regni regis et regine Willielmi et
Marie quinto Annoque Domini 1693 coram Lanceloto Johnson
Armigero Senescallo *ibidem*

Juratores pro Domino
Rege et Regina

Johannes Bowden Thomas Wrench Thomas
Cranwell John Hamond Francis Withers [partially erased]
John Cox Richard Perry Edmund Tirrey
John Watkins John Scrivener Thomas
Frisby Nicolas Wells Robert Budder John
Perry John Russell William Marlow
James Ireland Roger Hamond John
Burges Willia^m Loyd Favor Barret .

Juratores elegerunt Joh^{annem} Russell Constabularium pro anno sequente
Rogerum Hamond et Johannem Cox headboroughs
Aleconner ut prius

Juratores amerciaverunt pro absentia Benjamin Tarrant v^s Philip Cane ij^s vj^d v^s Andrew Arnold ij^s vj^d James Philp

Nunc sequitur de Curia Baronum

Homagium . Robertus Tompson Armiger . Jurati .
Georgius Righton generosus .

Homagium presentat super sacramentum^{suum} quod Carolus Wetherby unus customariorum tenentium huius Manerij qui tenuit sibi et heredibus suis de **Dominis** huius Manerij per copiam rotulorum unum customarium messuagium sive Cottagium et tres acras terre antehac Cursons et heriotabile per ultimam suam voluntatem in scriptis gerentem datum vicesimum quartum diem Septembris

Admissio
Georgij
Wetherby

£
finis 10

Anno Domini milesimo sexcentesimo sexagesimo primo devisavit eadem post mortem Rachell uxoris ejus Elizabethæ filie sue et heredibus de corpore suo procreandis et pro defectu talis exitus Matheo Wetherby filio suo et heredibus de corpore suo procreandis et pro defectu talis exitus Georgio Wetherby de Mitcham in Comitatu Surrey heredibus et assignatis suis quod predictus Carolus et Rachell obiit et quod predicti Elizabetha et Matheus Weatherby obierunt absque herede de corpore suo unde predicta tenementa et terræ devenerunt secundum formam voluntatis --- predictis ad predictum Georgium Wetherby et heredes suos **Homagium** ulterius presentat quod Georgius Wetherby predictus est mortuus citra ultimam Curiam et quod tempore mortuæ habuit exitum Willielmum et Georgium Wetherby et quod Georgius est eius filius natus minimus et heres secundum consuetudinem Manerij predicti et quod tempore mortis

predicti Georgij nulla habuit animalia unde heriottum Et modo ad hanc Curiam predictus Georgius humiliter petijt quod admittatur tenens ad premissa secundum consuetudinem Manerij predicti Cui Domini Manerij predicti per Senescallum predictum concesserunt inde seisinam per virgam habendum et tenendum premissa predicta sibi et heredibus suis per redditus et consuetudines inde prius debita et de jure consueta et dat Dominis de fine prout patet in rotulis et admissus est inde tenens et fecit fidelitatem .

Ad hanc curiam testatum est per Senescalium Manerij predicti quod citra ultimam Curiam Jacobus Cutler de Londoni Painter Steyner venit coram Senescallo et cognovit se plenaris satisfactum Summam trium librarum super secundum diem Septembris Anno Domini millesimo Sexcentesimo octogesimo Septimo et summam centum et trium librarum super super[sic] secundum diem Junij 1688 secundum formam sursumreddicionis preantea factis per Georgium Righton unum customariorum tenentium huius Manerij primo die Junij Anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo Septimo unius customarij messuagij sive tenementi et pomarij et unius clausi terre continenti duas acras terre et per virgam sursumreddidit et relaxavit premissa et omnem ejus rectum titulum et demandum predicto Georgio Righton

Examinatu^r [per]



senescallus ibidem

End of O1 [previously Z] (recto). O1 [previously Z] (verso) follows below :]

Roll O1 [previously Z] (verso) is blank, apart from, at the top :]

1693

Z

[End of Roll O1 [previously Z].]